


„MATRONA QUAEDAM EPHESI...“

fabula notissima a *Petronio Arbitro* tractata



Quoniam hominum animos variis fabellis, narratiunculis necnon apologis naturaliter attrahi ac delectari iudicamus et quia homines tales narrationes ut oblectamenta animi avide legentes non solum linguam, novas voces et schemata artis rhetoricae facilius discere videntur, sed etiam multa nova de historia rerum gestarum, deque viris illustribus cum fictis tum veris percipere conantur, narrationem notissimam de matrona Ephesia a Petronio affabre depictam censemus legendam. Hoc enim litterarum genus verisimillime iam inde a primo saeculo a. Ch. n. colebatur quod nobis *Fabula Milesia* (*Μιλησιακά*) ab Aristide Milesio Graece conscripta Romamque a Cornelio Sisenna translata lucide monstrat. Petronius vero ex hac fonte hauriens Eumolpum poetam de moribus illius feminae „bonis“ dicentem in *Satyrica* sua induxit. Nos autem Latinitatem elegantiae arbitri Neronis primoribus saltem labiis delibabimus. Videamus igitur quid Ephesi factum sit...

1) V Efesu žila jedna ctnostná paní. Její manžel jednoho dne zemřel.

(VOCES ET LOCUTIONES: *pudicus, a, um* = mravný, slušný, ctnostný; *verecundus, a, um* = ostýchavý, slušný; *integritas, atis, f.* = slušnost, mravnost; *modestia, ae, f.* = umírněnost; *materfamilias* = matky rodiny; *mulier, eris, f.* = žena; *uxor, oris, f.* = manželka; *coniunx, coniugis, m./f.* = manžel/manželka; *intereo, ire, ii, itum*; *decedo, ere, decessi, decessum*; *mortem oppeto, ere, oppetivi, oppetitum*; *e vita discedo, ere discessi, discessum*; *morior, mori, mortuus sum* = umírám)

2) Paní velice plakala a následovala spolu se svou služkou mrtvého muže až do hrobky.

(VOCES ET LOCUTIONES: *lacrimo, are, avi, atum* = plakat; *defleo, ere, deflevi, defletum* = oplakávat; *fleo de morte tanti viri* = oplakávám smrt tak velkého muže; *luctus gemitusque fiunt* = nastává pláč a nářek; *calamitas, atis, f.* = pohroma; *sepulcrum, i, n.*; *tumulus, i, m.*; *bustum, i, n.*; *monumentum, i, n.*; *conditorium, ii, n.* = hrobka; *sepelio, ire, ivi, sepultum* = pohřbívám; *aliquem effero, ferre, tuli, latum* = někoho pohřbít – vynést k pohřbu; *serva, ae, f.*; *famula, ae, f.*; *pedissequa, ae, f.*; *ancilla, ae, f.* = služka)

3) V hrobce pak stále zůstávala, nic nejedla ani nepila a jen plakala.

(VOCES ET LOCUTIONES: *inedia, ae, f.*; *ieiunium, ii, n.* = hladovění; *alimentum, i, n.* = pokrm, jídlo; *edo, ere, edi, essum*; *comedo, ede, comedi, comessum* = jíst; *cibum capio/sumo* = jíst; *cibo famem depello, ere, depuli, depulsum* = zaháním hlad jídlem; *poto, are, avi, atum*; *bibo, ere, bibi, bibitum*; *poculum exhaurio, ire, exhausi, exhaustum*; *sorbeo, ere, sorbui, sorbitum* = pít; *vinum haurio* = piji víno; *cena, ae, f.* = večeře, hostina; *prandium, ii, n.* = oběd)

4) Okolo hrobky umístili Římané kříže, na které pověsili vrahy, zloděje a další zločince. Kříže hlídal římský voják.

(VOCES ET LOCUTIONES: *crux, crucis, f.* = kříž; *in crucem ago (ere, egi, actum)/rapio(ere, rapui, raptum)/tollo(ere, sustuli, sublatum)* = pověsit na kříž, ukřížovat; *cruci hominem insontem do* = křížuji nevinného člověka; *latrocinium, ii, n.* = loupež; *praedo, onis, m.*; *latro, onis, m.* = zloděj, lupič; *sicarius, ii, m.* = vrah; *maleficus, i, m.*; *sceleratus, i, m.* = zločinec; *asservo, are, avi, atum*; *tueor, eri, tuitus sum*; *custodio, ire, ivi, itum*; *custodia teneo(ere, tenui, tentum)*; *praesidiis firmo(are, avi, atum)* = hlídat, strážit)

5) V noci si voják všiml, že v jedné hrobce je vidět světlo, a řekl si: „Co se tam děje?“

(VOCES ET LOCUTIONES: *lux apparet (ere, apparui)* = světlo je vidět, objevuje se; *nox, noctis, f.* = noc *obscura(temná)/atra(tmavá)/serena(jasná)*; *multa nocte* = hluboko v noci; *provecta iam nocte* = když již noc pokročila; *non me latet*; *non me fugit* = neuniká mi, nezůstává mi skryto, že...; *animadverto, ere, animadverti, animadversum* = všimnout si)

6) Našel tam hladovějící ženu, téměř mrtvou, a její služku. Spolu se služkou začal paní přesvědčovat: „Jez a pij, musíš žít a být veselá.“ Nakonec toho dosáhl.

(VOCES ET LOCUTIONES: *esuries, ei, f.*; *fames, is, f.* = hlad; *appetitus cibi* = chuť na jídlo; *fames me urget* = trápí mě hlad; *vacuus mihi venter crepitat* = kručí mi v břiše; *e vita per inediam discedo* = umírám hlady; *persuadeo, ere, persuasi, persuasum* = přesvědčovat (+ dativ); *efficio, ere, effeci, effectum* = dosáhnout něčeho)

7) Když se žena najedla a napila, vzal si ji voják za ženu. (eufemisticky řečeno :)).

(VOCES ET LOCUTIONES: *coniugium, ii, n.*; *connubium, ii, n.* = svatba; *matrimonium in eo* = vstupuji do manželství; *nuptias facio (ere, feci, factum)* = žením se, vdávám se; *uxorem aliquam duco* = беру si za někoho ženu; *collocare aliquam in matrimonium* = provdat někoho; *verba apud nuptias Romanas usurpata quae nupta dicere solet*: „Ubi tu Gaius, ego Gaia.“)

8) Mezitím příbuzní sňali (vzali) jednoho zločince z kříže, který nikdo nehlídal, a pohřbili ho. Voják se velice bál trestu velitele a chtěl se zabít.

(VOCES ET LOCUTIONES: *propinquus, i, m.*; *consanguineus, i, m.* = příbuzný; *in sepulcro condo(ede, condidi, conditum)*; *corpus terrae reddo(ere, reddidi, redditum)*; *sepelio, ire, ivi, itum* = pohřbít; *necem mihi conscisco(ere, conscivi, scitum)*; *mortem mihi admitto (ere, misi, missum)* = spáchat sebevraždu; *sollicitor, ari, sollicitatus sum* = znepokojovat se; *vereor, eri, veritus sum*; *metuo, ere, metui* = bát se; *mulcta, ae, f.*; *supplicium, ii, n.*; *damnum, i, n.*; *poena, ae, f.* = trest)

9) Ale paní nechtěla ztratit nového manžela. Proto vzali mrtvolu manžela starého a umístili ji na kříž.

Tak všechno dobře dopadlo.

(VOCES ET LOCUTIONES: *dimitto, ere, misi, missum*; *perdo, ere, perdidit, perditum* = ztratit; *cadaver, eris, n.*; *corpus, oris, n.* *exanime* = mrtvola; *evenio, ire, evenit, eventum* = dopadnout, vyjít)

PETR. 111-112. Teubner (ed. K. Müller, 1995)

1 Matrōna quaedam Ephesi tam notae erat pudicitiae, ut vicinarum quoque gentium feminas ad spectaculum sui evocaret.

2 Haec ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogaeo Graeco more corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque coepit.

3 Sic afflictantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui; magistratus ultimo repulsi abierunt, complorataque singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimento trahebat.

4 Assidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti et quotienscumque defecerat positum in monumento lumen renovabat.

5 Una igitur in tota civitate fabula erat, solum illud affulsisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur, cum interim imperator provinciae latrones iussit crucibus affigi secundum illam casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat.

6 Proxima ergo nocte cum miles, qui cruces asservabat ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset sibi [et] lumen inter monumenta clarius fulgens et gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanae concupiit scire quis aut quid faceret.

7 Descendit igitur in conditorium, visaque pulcherrima muliere primo quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit.

8 Deinde ut et corpus iacentis conspexit et lacrimas consideravit faciemque unguibus sectam, ratus scilicet id quod erat, desiderium extincti non posse feminam pati, attulit in monumentum cenulam suam coepitque hortari lugentem ne perseveraret in dolore supervacuo ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium eundem esse exitum [sed] et idem domicilium, et cetera quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur.

9 At illa ignota consolatione percussa laceravit vehementius pectus ruptosque crines super corpus iacentis imposuit.

10 Non recessit tamen miles, sed eadem exhortatione temptavit dare mulierculae cibum, donec ancilla vini [certum ab eo] odore corrupta primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum, deinde refecta portione et cibo expugnare dominae pertinaciam coepit et "quid proderit" 11 inquit "hoc tibi, si soluta inedia fueris, si te vivam sepelieris, si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?"

12 *Id cinerem aut manes credis sentire sepultos?* (VERG. A. 4. 34), vis tu reviviscere? vis discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te iacentis corpus admonere debet ut

mātrōna -ae *f* = fēmina quae maritum habet
pudicitia -ae *f* < pudicus = castus : uxor pudica = quae maritum
solum amat
vicinus -a -um = qui prope habitat
fēminās ad spectāculum suī ēvocāvīt = fēminae vicinae vēnērunt
eam inspectum
virum efferre = virum sepelire
pandere -disse -passum = latē extendere: crinibus passis
pectus plangere = pectus pulsare (ob luctum)
frequentia = turba, multitudō hominum
conditōrium -iī *n* = sepulcrum
hypogaeum -iī *n* : pars sepulcri sub terrā posita
ad-/af-flictāre -āvisse -ātum = valdē affligere, sē a. = pectus
pulsāre : mulierēs sēsē adflīctābant
in-edia -ae *f* = famēs
fēmina singularis exempli : exemplum fēminae ēgregiae

aegrae mātrōnae
lacrimās commodābat lūgenti : lacrimābat ūnā cum mātrōnā
lūgente

omnēs hominēs dīcēbant hāc in fēminā exemplum ūnicum
pudicitiae amorisque affulsisse

secundum illam casulam = apud illud sepulcrum
cadāver -eris *n* = corpus mortuum

asservābat = custodiēbat
nē quis ad sepultūrā corpus dētraheret : nē quis sepeliendī causā
corpus latrōnis dē cruce dētraheret

vitium gentis hūmānae : cupiditās rēs ignōtās cōgnōscendī

corpus iacentis maritī
sectam : vulnerātam
ratus scilicet id quod erat... : bene cōgnōvit dē quā rē agerētur...
extincti = mortui

super-vacuo -a -um ↔ necessarius
nē didūceret pectus gemitū nihil prōfutūrō : nē vexāret pectus
gemitū quī nōn prōdest
ex-ulcerātus -a -um = vulnerātus

ignōta cōnsōlātiō : cōnsōlātiō militis ignōtī
percussa = perturbāta
lacerāre -āvisse -ātum = laniāre, scindere

muliercula -ae *f*: fēmina dēbilis

pertinācia -ae *f* < pertināx -ācis = perseverāns (= quī alterī nōn
cēdit
sī solūta inediā fueris : sī fame perieris

in-demnātus -a -um = nōn condemnātus

vīs tū reviviscere? : nōnne vīs iterum vīvere?
dis-cutere -ssisse -ssum = dispellere, omittere
error muliebri : dolor nimius propter maritum mortuum
vīs commodis lūcis frui? : nōnne vīs commodis vītae frui?

vivas".

13 Nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut vivere. itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca passa est frangi pertinaciam suam, nec minus avidè replevit se cibo quam ancilla quae prior victa est.

112

1 Ceterum scitis quid plerumque soleat temptare humanam satietatem. quibus blanditiis impetraverat miles ut matrona vellet vivere, isdem etiam pudicitiam eius aggressus est.

2 Nec deformis aut infacundus iuvenis castae videbatur, conciliante gratiam ancilla ac subinde dicente: "*placitone etiam pugnabis amori?*" (VERG. A. 4. 38), quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit, victorque miles utrumque persuasit.

[3 *Iacuerunt ergo una non tantum illa nocte qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, praeclusis videlicet conditorii foribus, ut quisquis ex notis ignotisque ad monumentum venisset, putaret expirasse super corpus viri pudicissimam uxorem.*

4 *Ceterum delectatus miles et forma mulieris et secreto, quicquid boni per facultates poterat coemebat et prima statim nocte in monumentum ferebat.*]

5 Itaque unius cruciarii parentes ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem supremoque mandaverunt officio.

6 At miles circumscriptus dum desidēt, ut postero die vidit unam sine cadavere crucem, veritus supplicium, mulieri quid accidisset exponit: nec se expectaturum iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignaviae suae. commodaret modo illa perituro locum et fatale conditorium <commune> familiari ac viro faceret.

7 Mulier non minus misericors quam pudica "nec istud" inquit "dii sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem. malo mortuum impendere quam vivum occidere".

8 Secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli atque illi quae vacabat cruci affigi. usus est miles ingenio prudentissimae feminae, posteroque die populus miratus est qua ratione mortuus isset in crucem.

satiētās -ātis *f* < satiāre -āvisse -ātum (< satis) = satis dare:

satiārī cibō = satis cibī habēre

blandītia -ae *f* < blandus -a -um = conciliāns, laudāns

dē-fōrmis -e ↔ fōrmōsus (= foedus)

īn-fācundus -a -um ↔ ēloquēns

cruciārīus -ī *m*: latrō cruce affixus

laxāre -āvisse -ātum = solvere

circumscrīptus: dēceptus

dum dēsīdet: dum alībī (scīlicet in sepulcrō) versātur

īūs dīcere = iūdicāre, pūnīre

ignāvia -ae *f* = inertia (↔ fortitūdō)

familiāris: milēs

vir: marītus